

(2) ut reus deliberet.

*l. 1. pr. de edendo & d. Auth. offeratur.*

(3) ut iudex sententiam libello conformet.

*arg. l. 18. Com. divid. l. 32. inf. de pœn.*

Ex his patet libellum neque tacitè neque expressè remitti posse.

*d. Auth. offeratur inf. vid. Rosbach. d. l. num. 9.*

Hic non incommodè quæritur :

(1) Quis

debeat offerre ? Resp. Actor.

*arg. d. Auth. offeratur in pr. Rosbach. d. n. 9.*

(2) Cui?

Resp. Primo Judici, eique vel ordinario,

*c. 1. de lib. oblat. ibi: Synodo,*

vel delegato & arbitrario.

*Rosbach. d. l. num. 10.*

Secundo Reo seu adversæ parti.

*Rosbach. d. l. ubi etiam num. 12.*

quod de consuetudine quorundam locorum libelli dicuntur.

Sed id fallere & juri scripto derogare dicit

*Petr. de Ferr. in form. libell. act. real. num. 7. vid. Berlich.*

*d. P. 1. C. 13.*

(3) In quibus

Causis soleat offerri ? Resp. regulariter in omnibus causis in quibus constituitur iudicium, & inter duos lis est.

*Wes. de Edend. num. 6. Rosbach. d. l. num. 15.*

apud quos etiam vide casus quibus non sit necessariò offerendus.

(4) Quâ

linguâ sit offerendus ? Resp. ea quæ secundum fori consuetudinem est recepta

*arg. l. 3. §. ult. ibi: quæ consuetudo in ea provincia. De Te-*

*stibus.*

Ratio,